



VITA Q. SEPTIMII FLO

RENTIS TERTULLIANI PER BEAT. B. RHENANVM.



DE Tertulliano, cum uicinus uixerit Apostolorū tēporibus, pauca reperiūtur apud autores qui adhuc extāt. Siquidē oēs fermē qui illius atate scripserūt, & paulopost, penitus interci derunt, quorū in catalogo scriptorū ecclesiasticorū à Hiero nymo fit mentio. Proinde cū antiquiora nō habeamus, uitā illius ex eo Hieronymi libello huc trāscribemus. Tertullianus (inquit) presbyter, nūc demū primus post Victorem & Apolloniū latinorū ponitur, prouinciā Africa, ciuitatis Carthaginensis, patre Centurione proconsulari. Hic acris & uehemētis ingenij sub Seuero principe & Antonino Caracalla floruit, multaq; scripsit uolumina, quae quia nota sunt pluribus, praetermittimus. Vidi ego quēdam Paulū Concordia, quod oppidū Italiae est, senem, qui se beati Cypriani iam grandis atatis notariū, cū ipse admodū esset ado lescens, Romae uidisse diceret, referretq; sibi solitū, nūquā Cyprianū absq; Tertulliani lectione unam diem praeteriisse: Ac sibi crebro dicere, Da ma gistrum, Tertullianū uidelicet significans. Hic cum usq; ad mediā atatem presbyter ecclesiae permansisset, inuidia postea & cōtumelijs clericorū Ro manae ecclesiae, ad Montani dogma delapsus in multis libris nouae pphe tiae meminit. Specialiter autē aduersum ecclesiā texuit uolumina, De Pu dicitia, De persecutiōe, De ieiunijs, De monogamia, De ecclasi libros sex & septimū quē aduersum Apolloniū composuit. Ferturq; uixisse usq; ad decrepitam atatem, & multa quae non extant opuscula condidisse. Hacte nus Hieronymus. Porrò quod inuidiā & cōtumelias clericorū Romanae ecclesiae in causa fuisse scribit, ut ad Mōtani dogma fuerit prolapsus Ter tullianus, forte hoc fuit quod cū Montano fauere non nihil uideretur, sta tim cōmunionē ecclesiae priuatus est priusquā illi se totū addiceret. qua re commotus in partes Montani transijt, planē eas approbans, quas tantū ante sibi non displicere significauerat. Atque hoc propemodū est quod Paulinus de clericis Romanis Seuero Iuliano conqueritur, cū inquit, Ro mae quoque pauci etiā in clero ipso, à quo solo uidemur scandalizari, mor su inuidiae cōmouentur. Sed domino gratias qui & mihi miserimo pecca tori suo dedit dicere, Quoniā oderūt me gratis. Quod tamen ad me per tinet, cum ipsis quoq; qui oderunt pacem meam, mente pacificus sum. Si quis enim uult contentiosus esse, hoc nostra consuetudo non recipit. Ho rum tamen ipsorum qui nos odisse & à consortio sanctitatis suae segre

Victor Apollonius

Cyprianus laudat Tertullianum

Mgr Tertullianus

Romana ecclesia oia bona scismata fecit

Montanus Tertullianus

Paulinus Seuero scribit q Romanos

A consortio sancti tatis suae segregare.

videtis apertissime Romanum pontificem fuisse causam gare
omnis et ratio huius suppletionis praesens in die
et paludem infernam